

# SCOTIA

**SCOTIAE REGNUM** Albionis pars altera sed minor, ab incolis *Albu* & *Albin* & ab Hibernicis *Albany*, quasi altera Hibernia (quæ à Bardis *Banno* dicta est) vocatur. Hiberniam enim *Scotiam maiorem*: & Scotorum in Britannia regnum *Scotiam minorem* historici appellant. Qui orientalem eius partem tenent & *Laulandmen* id est inferiores vocantur, sunt origine Anglosaxones & Anglicè loquuntur: qui vero occidentalem oram incolunt *Hechtlandmen* dicti. i. superiores sunt Scoti & Hibernicè loquuntur infestissimi que sunt illis inferioribus qui Anglico idiomate vtuntur. Videntur autem Scoti sic dicti à vicinis quasi *schyts*. Quemadmodum enim Germani inferiores *Schyts* & *Scotos* vno nomine *scutens* id est sagittarios appellant: sic etiam Britannos vtrosque *scot* dixisse à Britannicis scriptoribus obseruatum est. Id sane constat eos à Scyris oriundos ex Hispania in Hiberniam & inde in hanc partem Albionis, quam nunc tenent, peruenisse & cum Pictis in vnam gentem coaluisse.

Populus Scoticus in tres ordines dispescitur, in Ecclesiasticum, Nobilitatem & Plebem.

**ECCLESIASTICVS** ordo duos habet Archiepiscopos: *Sancti Andream* 17: 23. 57: 46. totius Scotiæ primatem, & *Glasgoensem* 35: 44. 57: 3.

## Sub Archiepiscopo S. Andrea octo sunt Episcopatus.

Dunkeldensis 16: 20. 57: 52. Aberdonensis 18: 12. 58: 40. Morauiensis 16: 36. 58: 44. Dumblanensis 16: 12. 57: 25. Brechinensis 17: 38. 58: 12. Rossensis 14: 30. 59: 12. Cathanensis 16: 56. 60: 9. Orchadensis 17: 0. 61: 0.

## Sub Archiepiscopo Glasgoensi sunt tres Episcopatus.

Candidæ casæ. Lismoriensis, siue Argadiensis 14: 40. 57: 34. Sodorensis, seu insularum, videlicet *Sura*, *Mula*, *Yla*, &c. 13: 0. 57: 24.

**NOBILITATIS** ratio hæc est: vt primum locum obtineant *Rex* filijque *Regis*, partu legitimo editi, quorum si plures sunt, natu maximus princeps Scotiæ, reliqui absolute Principes dicuntur. Rex autem cum publice inauguratur, populo vniuerso sanctè promittit se leges & maiorum ritus veteraque instituta seruaturum, eoque iure quod à maioribus accepit vsurum. Secundum locum obtinent *Duces*: Tertium *Comites*: Quartum illi nobiles qui apud alias nationes extra insulam non vigent & à Scotis *My Lordis* appellantur. Quod nomen tantam dignitatem in se continet, vt etiam illud Episcopis, Comitibus, & summis Magistratibus honoris ergo tribuant. Hosce Magnates posses dicere. Quintum locum, *equites aurati* aut *Barones* sibi vendicant, qui *Lordis* dici solent. In his nobilitatis gradibus hæc seruatur ratio, vt nullus designetur *Dux*, qui *Comitis*: nec *comes* qui *Dominus Mylord*: nec *Dominus Mylord* qui *Equitis aurati* aut *Baronis* titulo non antea fuerit ornatus. In sextum & vltimum locum reijciuntur illi, qui nullo certo honoris titulo insigniti, sed nobili familia prognati vulgo *Gentilmen* appellantur, vt sunt fratres & filij Comitum, Dominorum, Equitum auratorum natu minores, qui in nullam hereditatis partem succedunt: siquidem ea tota in filium natu maximum conseruandarum familiarum causâ iure Scotico deuoluitur. Plebs autem omnes qui diuitijs affluunt, quique hospitalitatis & clientelarum nomine bene audiunt hoc fere titulo (*Gentilmen*) decorat. Ab his autem Nobilibus infimi gradus, totum fere belli pondus pendet. Nam quamuis Scoti ad vnum omnes quocunque gradu locoue sint constituti, suis stipendijs Regi militare cogantur & propterea à vectigalium muneribus sint immunes: tamen hi præcipue cum cogitant ex qua familia sint profecti, maxima quæque pericula summa animi magnitudine adeunt, vt sese familia sua dignos ostendant. In qua re non solum populi singularis vtilitas: sed etiam ipsius Regis summa ac pene vnica opulentia inclusa continetur: siquidem ea ratione Rex nunquam necesse habet, vt externum militem suo sumptu auxilio euocet, cum ipse populus ad hostium frangendos impetus quasi ad commune quoddam incendium extinguendū opinione citius concurrat.

**P L E B E I** vero ciues partim sunt primarij opibus insignes qui magistratu in suis vrbibus funguntur: partim mercatores: partim opifices, qui omnes propter supra dictam à vectigalibus alijsq; oneribus immunitatem facile apud eos ditescunt. Nequid autem grauius in aliquam ciuitatem in publicis comitijs statuatur, permittitur à Rege tribus aut quatuor ab vnaquaque ciuitate euocatis ciuibus, vt cum reliquis duobus ordinibus suam sententiam de rebus propositis libere interponant.

## DE IVRE ET MAGISTRATV.

Ecclesiastici olim decretorum & conciliorum autoritate continebantur, nunc autem vt ceteri legibus, quas Reges descripserunt, aut Regum voce confirmatas, tres ordines fixerunt, reguntur. Liber, qui Leges Municipales latine scriptas continet, titulum (*Regiam Mairiam*) habet, quod ab illis vocibus libri exordium ducatur: Reliquis legum libris Scotica lingua Comitiorum (quæ Parlamenta dicuntur) acta inscribuntur.

Magistratus sunt in Scotia, vt apud alias nationes, complures & diuersi. Inter hos proxime & secundum Regem, Regni procurator (quem Gubernatorem appellant) facile princeps est. Huic provincia

Regni



Regni gubernandi incumbit, si Respublica Rege forte orbetur, aut si Rex per ætatē Regni negotia non possit obire. Hic tanto in honore est, ut si quis illius dicto vel imperio morem non gerat, violatæ Reipublice Maiestatis notam incurrat. Est & ibi Senatus perpetuus Edenburgi ex Clero & Nobilitate ita constitutus, ut Laicorum semper numerum æquet pars altera Ecclesiasticorum. Quibus adijcitur ex Ecclesiasticorum numero Præses, qui in dicenda ferendaq; sententia principem locum obtinet, nisi iudicio Regni Cancellarius intersit, ei enim in omni Reipublicæ negotio Scoti primas deferunt. Qui capitis iudicio, magnum Iusticiarium: qui rei nauticæ, Admiralium: qui castris figendis, Marefcallum: qui delictis inter aula septa vindicandis præficitur, Connestabilem, appellant. Sunt quoque in singulis provinciis, quas Vicecomitatus appellat, qui præfunt singuli, quos Vicecomites antiquo vocabulo vocant. Horum autoritas in his rebus, quæ ad civiles causas & capitis summam pertinet, decidendis non aliunde pendet, quam à iure quodam hæreditario, quo etiam illos sibi Vicecomitatus vendicant. Ut ij Vicecomites non à Rege creati, sed à parentibus nati iure quodam dici possint. Habent quoque Ciuitates atque oppida suos Præfectos, Balliuos ac id genus alios Magistratus, qui ciues in officio contineant & ipsarum ciuitatum priuilegia tueantur. Ita fit ut Scotorum Respublica ordinum apta dispositione, Legum sancta maiestate, & Magistratum firma autoritate, floreat & summam laudem mereri videatur.

### Nomina Ducatum, Comitatum & Vicecomitatum Scotiae.

#### DUCATVS.

Rotfay 14:38. 57:10 f. Albanie 14:40. 57:42.

#### COMITATVS.

Carnes 16:36. 60:9. Soterlant 15:30. 59:44. Rosse 14:30. 59:12. Morauie 16:36. 58:44. Buchquham 18:48. 59:4. Garniach. Garmoran. Mar 16:36. 58:28. Mernis 17:45. 58:20. Angus 17:20. 58:8. Govvri 16:28. 58:6. Fiffe 17:0. 57:36. Marche 18:16. 57:0. Athole 15:54. 58:0. StrathErne 16:4. 57:40. Menteith 15:54. 57:20. Leuenox 15:47. 57:8. VVagion. Douglasse 16:0. 56:48. Carrike 14:36. 56:32. Cravvford 16:8. 56:44. Annandale 16:40. 56:12. Ourmonth. Huntley.

#### VICECOMITATVS.

Bervvyk alias NorthBervvyk 17:54. 58:18. Roxburg 18:4. 56:54. Selkirk 17:31. 56:52. Tvvedale 17:20. 56:38. Dunfrise 16:24. 56:16. Niddisdale 16:0. 56:18. VVigton 15:0. 56:10. Are 15:0. 56:49. Lanarke 16:14. 56:56. f. Dunbretten 15:24. 57:10. Sterueling 16:30. 57:20. Lourhean. Laudonia 17:0. 57:2. Clakmanan 16:36. 57:23. Tab. 3. Scotiæ. Kinros 16:44. 57:32. Fiffe 17:0. 57:36. Perth 16:8. 58:0. Angus 17:20. 58:8. Mernis 17:45. 58:20. Aberdone 18:12. 58:40. Bamph 17:42. 59:12. Fores 16:40. 59:3. Tab. 2. Scotiæ. Inuernes 15:48. 58:56.

#### VNIVERSITATES.

S. Andrea. 17:28. 57:46. Aberden 18:12. 58:40. Glasco 15:44. 57:3.

Medius Meridianus 15. reliqui ad hunc inclinantur  
ratione parallelorum 57. 0. & 59. 30.

S C O T I A E  
II. T A B V L A.

In qua sequentes, Comitatus, Vicecomi-  
ratus & Vniuersitates.

Comitatus.

{ Cathenesia.  
Sutherlandia.  
Rossia  
Morauia vulgo Muray.  
Buquhania.  
Marria.

Vicecomitatus.

{ Aberdone.  
Bampf.  
Forres.  
Inuernes.

Vniuersitates.


{ Aberdone.

Meridiani distant ratione paralleli 59:30.  
ad circulum maximum.



V:





108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

S C O T I A E  
III. T A B V L A.

Hos continet Ducatus, Comitatus, Vicecomitatus & Vniuersitates.

Ducatus.

Rosfay, Rosfay forte.  
Albayn, Bread Albayn f.

Comitatus.

Buquhania.  
Marria.  
Mernia.  
Angusia.  
Gourea.  
Fifa.  
Marcia.  
Athole.  
StrathErne.  
Menteith.  
Lenoxia.  
Douglas.  
Carieta.

Cravvford.  
Anandia.

Vicecomitatus.

Bervvyk, alias NorthBer-  
vvyk.  
Roxburg.  
Selkirk.  
Tiuedalia.  
Dunfrife.  
Nythesdaill.  
Vvigton.  
Ayr.  
Lanarke, Lanryk forte  
Donbrytoun.  
Striuilingia.  
Laudonia.

Clakmanan  
Kynros.  
Fifa.  
Perthia.  
Angusia.  
Mernia.  
Aberdone  
Bamf.  
Forres.  
Inuernes.

Vniuersitates:

S. Andreas.  
Aberdone.  
Glasquo.  
Edynburg.

Meridiani distant iuxta rationem 57:30. paral-  
leli ad circulum maximum.



VI





